



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac
Limitationibvs**

Dueñas, Pedro

Venetiis, 1566

Regvla VII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63213](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63213)

D. Petri Duen.

2 Secundo limita supradictas leges Regni non procedere in foro cōscientiæ: Ita notabiliter determinat R.P. Frater Alphōsus a Castro, in casu dicte Pragmaticę de Madrid: eam declarando in lib. ij. de potestate Legis pœnalis, c. x. fol. 188. pag. 2. cum fol. sequen.

Plures alias limitationes ponunt ad supradictam regulam & leges Regni Doctores in varijs locis, quas congerit Franc. Balb. in d. quæst. xiiij. & xiiij. Gome. in d. prin. Instit. de actio. nu. 68. Feli. in d. c. si. nu. 5. notabiliter Rodericus Xuarez in l. post rem iudicatam fo. 144. in iij. col. in vj. limit. ff. de re iudica. Vnum tamen non est pretermittendum circa supradictam regulam, & in casu dictarum legū, quod si prescriptio interrumpatur per litis contestationē, actio quę erat decennalis perpetuabitur in quadraginta annos: ita notabiliter concludit Ioan. de Imol. in l. seruum. in §. sequitur. ff. de verbo. obli. Ang. de Perus. in l. sicuti. C. de prese. xxx. vel xl. anno. quos sequitur Ias. in §. pœnalis. nu. 117. Instit. de actio. & in l. actione. §. si is qui temporali. nu. 3. ff. de iureiu. & in l. ex hoc edicto. num. 3. ff. de eo per quem factum erit, & ita expresse determinat Rodericus Xuarez in d. l. post rem iudicatam. fol. 117. col. j. nu. 4. per glo. quam dicit. singu. in l. si. in verbo, finiendæ. C. de dolo. quæ gloss. dicit, q̄ generaliter omnis actio perpetuatur per litis contestationem, nisi due quas ibi gl. excipit: quam gloss. vltra Rodericum Xua. ez sequitur Pirrus Englebermgus, vbi excipit quatuor actiones, & notabiliter tractat materiam, in l. non solet. ff. de reg. iur. & sic supra dicta glo. generaliter intelligitur q̄ l. si. super parte extendimus. C. de prescri. xxx. vel xl. anno. habeat locum tam in actione reali, quam in alijs quæ minore tempore durant, quod perpetuabuntur in xl. annos per litis contestationem. Quod tamen intelligo habere locum inter creditorem & debitorem, non tamen extenditur ad personam fideiussores: quia interruptio facta per citationem, vel litis contestationem cum reo principali, non interruptit, nec perpetuat quo ad fideiussores: ista est gl. notabilis secundum Barto. ibi nu. 5. in l. cum quis. §. si quis pro reo, in verbo, annus. ff. de solut. ita tenet idem Bar. etiam per illam glo. in l. si fideiusfor. in §. si. ff. mandati. & illam glo. sequitur Alex. in l. mora rei. ff. de verbo, oblig.

REGVLA VII.

Actio pœnalis non tollit rei persecutoriam, nec ecōtra. text. est in l. ancillæ. C. de furt. & in l. si pro fure. in §. i. ff. de condi. fur. & in l. si pigno. in §. cum furti. ff. de furt.

- 1 Fallit primo, in pœna conuentionali. l. rescriptum. §. si pacto. ff. de pactis.
- 2 Secundo fallit, quando pœna esset extraordinaria. l. iij. alias terra §. si. ff. nauræ caupo. & stabu.
- 3 Tertio fallit, quando actio non esset pœnalis a sua origine: sed ex post facto efficeretur pœnalis propter contumaciã rei, vt in actione, quod